



## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. D. Ioannis Ivsti Lanspergii, Natione Bavari, Illvminati  
Ac Religiosissimi viri, Carthusiae Coloniensis ante annos  
centum Vicarii, & Magistri Nouitiorum laudatissimi Opera**

In Qvinque Tomos Distributa, à mendis expurgata, veteri integritati  
restituta, & indicibus locupletata

De Sanctis

**Landsberg, Johannes Justus**

**Coloniae Agrippinae, Anno M.DC.XXX**

S. Benedicti Abbatis & Confessoris festo Paraphrasin Epistolæ, require in  
festo S. Antonij.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47060](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-47060)

*Apocal. 21.* hic semper molliter, delicate, voluptuose vixisse. O si possemus vel ad extenuum spacium videre miserias, quas modo patiuntur, semperque pati co-  
gentur, fortassis melius nobis prospiceremus. Quantum hic in delitiose fuisse, tantum iam illic sentiunt luctum & tormentum. Sed hæc nisi Deus vestris in cordibus operetur, nos sermone nostro parum proficiimus. Tam multa dicuntur, leguntur, audiuntur, horrenda, tremenda, paucula, & tamen nos semper iudicemus permanemus, semper eodem in Iuco haeremus. Quod utinam videat, & pro sua ineffabili benignitate miserescat Deus ac Dominus noster, qui, ne in æternum periremus, animam suam posuit pro nobis, nihilque expectat magis, quam ut à virtutis auerſi, & ad ipsum conuerſi, faciamus quæ præcepit nobis, sicutque mereamur esse amici sui, & quocquid petierimus in suo nomine impetremus, ad laudem & gloriam iphius, Amen.

*Ioan. 10.*

*Ioan. 15.*

IN FESTO SANCTI GREGORII PAPÆ  
require omnia supra, in Festo scilicet S. Nicolai Episcopi.

IN FESTO SANCTI BENEDICTI ABBATIS  
& confessoris, epistolæ huius Festi Paraphrasin re-  
quire supra in Festo Sancti Antonij  
Abbatis.

EXEGESIS EVANGELII EIVSDEM FESTI.  
*Luce duodecimo.*

**Q**VVM multa sint aduersus vitia valde efficacia & opportunare remedia, nullum tamen ferè tantam videtur habere vim & energiam, ut incertissima mortis hora. Ad eam prouidendum hortatur nos Dominus in Euangelio diei istius. Quid enim tam stultum, tam temerarium, tam impium esse queat, quam quum certus sis te brevi euocandum ex hac vita & rapiendum ad tribunal æquissimi iudicis, tamen nihilominus ea perpetrare, quæ te faciant æternæ damnationi obnoxium, & reum iudicij æterni? Egō vel sola mortis ambigua sedula & seria cogitatio potest hominem abunde inducere, ac permouere ad deserendam seculi iniuritatem, & sedandam iustitiam. Videmus, & certissima discimus experientia, innumeros in ipso ætatis flore, in ipso fortuna arridentis prosperrimo statu rapi subito ex hac luce: & quia sceleribus obstricti sunt, nec spacium penitendi eis praeditum est, mergi in inexplicabiles & immanissimos semperque duraturos cruciatus inferorum. Quæsio non potest hoc totis nos concutere visceribus, ut non audiemus vel ad momentum iacerē in quo quis mortifero crimine, ne & nobis eveniat tam horrendus & inopinatus exitus? Sed quid agimus, quando plerosque sic fascinat peccandi fallax & cæca libido, ac amarissima dulcedo, ut nolint quicquam unquam cogitare de virtutib[us] huius breuitate: sed adeo toto se dent præsentibus gaudijs & voluptatibus, quasi in ijs semper sine victuri? Videant illi obsecro, & animum aduertant ad amantissima Saluatoris consilia & præcepta, audiantque cordis & corporis auribus ipsum fidelissimum admonentem atque dicentem:

Sint.

Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris.

Lumbos præcincte est voluptates molles ac fallaces studio continentia edomare ac pessum premere, non sic vivere ut liber carni & sanguini, sed ut ratio dicitur, & Deus præcipit: in carne quidem vivere, sed non secundum carnem militare, sed facta carnis spiritu mortificare. Quod est angelicæ imitari puritatem, & templum Spiritus sancti ab omni spurcitie seruare im-

Lumbos præ-  
cingere quid.  
2. Cor. 10.

maculatum. Hæc continentia usque adeo etiam illis qui in matrimonio continentia gant necessaria est, ut non liceat illis nisi propriam nosse coniugem, & in in mattimo- ipso vnu matrimonij non voluptatem spectare carnis, sed prolium quæ Deo nō qui ser- feruant, & hæredes cæli effici mereantor, procreationem. Maximè vero uanda.

dece: homines semper & ubique à se carnis voluptates abijcere, & honestatem amplecti, ut quemadmodum ratione à bestijs secernuntur, sic vitam quoque suam ab illarum consuetudine auocent. Illæ namque prono imperu sensuum appetitionibus obsequuntur, quia nesciunt turpitudinem ab honestate discernere: nos vero qui rationis lumine pollemus, tam debemus virtutis ac honestatis tenaces esse, ut nihil admittamus iniquum, quod adiunctam habeat peccati turpitudinem. Quod si sensus voluptatis quædam infanta tibi illat, si alia ad manum non habentur remedia, cog tandem sustenere est ignis tartareus, qui dirissime semper vret impios, libidinis ignem hic neutquam restinguentes, ut sic ignis igni extinguatur, & flammaflammam superet. Ita habebimus lumbos præcinctos. Sed non sufficit abstinuisse à malis, nisi etiam bene agamus. Vnde porro iubet Dominus, ut sint lucernæ ardentes in manibus nostris: quod nihil est aliud, quam ut semper proximis nostris optima exempla præferamus, in quibus sit lumen veritatis, & ardor charitatis, ut suo lumine proximos quid fugiendum, quid sectandum sit doceant: & suo ardore ad peccati odium, & virtutis amorē inflamment. Efficacissima nanque illa sunt exempla, quæ lucent pariter ac ardēt.

Et vos similes hominibus expectantibus Dominum suum quando reuertatur à nuptijs: ut quum venerit & pulsauerit, confessim aperiant ei.

Serui qui domi resident, & expectant Domini redditum, non possunt certam nosse horam. Itaque omne temporis punctum suspectum habere co-  
guntur, Ita plane decet & Christianum quemlibet omnem vitæ præsentis in tempore  
horam tanquam ultimam habere suspectam, atque ea re semper boni quip-  
piam agere, & summè vitare omne peccatum, ut possit omni momento pa-  
ratius occurrere redeundi Domino suo Iesu Christo. Redibit enim ille ad nos ubi moriendum fuerit, & pro meritis nos aut puniet, aut coronabit. Non potest autem confessim illi aperire, quisquis adhuc à virtijs perfecte purgatus non est. Nam quamdiu adhuc aliquid virtijs hæret in animo, quod mino redetur, non satis displiceat, necces est eiusmodi homo cunctanter aperiat Domino ut confestim. pulsanti, & ad aduentum illius trepidet. Confessim ergo aperiunt, qui modo sua mortificant virtutia, & externum atque internum hominem suum sollicitè reformati, virtijsque funditus mortui sunt: quales sunt homines perfici, qui vitam habent in patientia, & mortem in desiderio. Facile autem

ii 3. ex his

ex his verbis Domini Iesu licet intelligi, quantopere nos velit omnia quae mundi sunt desplicere, curas, sollicitudines & occupationes omnes non necessariae ad beatam consequendam vitam abijcere, & id solum perpetuus agere & curare, ut quandocumque redire voleret, nos prorsus ad iter expeditissimus. Quorum ergo attinet diuitiis cumulandis nauare operam, honores ambiare, terrenis occupationibus implicari, quando haec omnia nos auctor & abstrahunt ab expectatione Saluatoris? O quam multi fallunt se, dum obliiti salutis suae, sectantur inania. O homo Christiane in celis tua est hereditas, & tu terram colis? Iam iamque Dominus tuus tecum rationem portatur aduenit, & tu aliena traxis?

Beati serui illi, quos quam venerit Dominus, inuenient vigilantes.

*Vigilate verè quinā dicantur.*

Qui in vitijs iacet, in tenebris est. Ergo qui in gratia & charitate possunt, illi vigilant. Itaque beati serui illi, qui iniquitatibus tenebras a se sollicitate repellunt, & diuinæ gratia lucem magis ac magis in se augere nuntiant, id est semper virtutum actionibus incumbendo, & suæ saluti perpetim indulgando, ut quicquid obscurum ac tentatricum est, ex se profligent, nulla ratione se patiantur a desidia & torpore superari, sed tanquam fideles & strenui serui in exequendis mandatis Domini sui iugiter vigilent, dicentes cum Prophetâ: *Oculi mei semper ad Dominum, Itemq; Sicut oculi seruorum manus dominorum suorum, ita oculi nostri ad Dominum Deum nostrum.* Et quis non merito vigilet, quando, ut ait diuinus Petrus Apostolus, *aduersari nostrum diabolum tanquam levi rugiens circumvit, querens quem deuoret.* Nunquam dormit diabolus: ergo semper vigilet seruus Christi, ne incurrit in dentes sui leonis illius. Undique tela volant, omni ex parte imminent nobis pericula multa, temptationibus varijs & insidiosis nunquam non impetrantur nisi ergo vigilemus, fieri non potest, quin grauiter vulneremur. Nam ob rem admonet nos Prophetâ, ut solicii ambulemus cum Deo nostro, non ut insipientes ac stolidi, qui non vident, aut non curant sua discrimina, sed ut sapientes, ne per incuriam & dissolutionem ab hostibus capturamur.

Amen dico vobis, quod præcinget se, & faciet illos discubere: & transiens ministrabit illis.

Solent homines magnis propositis præmijs esfici alacriores. Ea de causa Dominus Iesus cupiens nos ad amplectenda, & exequenda præceptas monita sua promptos ac strenuos reddere, maximam pollicetur nobis metuere: nempe ut post huius miseræ vitæ excubias, vigilias & labores, in regno celorum felicissimè quiescamus. Si enim quandiu hic viuimus, infideliter & ex animo seruierimus, neque nos laboris molestia frangit, aut illecebris abduci voluntatibus permiserimus, potius eligentes cum ipso Domino nostro perseverare fortiter in cruce, & in via veritatis aciustitia, etiamsi multa propterea sint aduersa sustinenda, nimisrum ubi tempus aduenierit, quo ex præcepto Imperatoris nostri ex castris militiæ temporalis ad superna celi palatia euocandi sumus, tum per seipsum præcinget ac parabit se ad remunerados nos pro regia maiestate & opulentia, & faciet nos

*Psal. 124.  
Psal. 122.  
1. Pet. 3.*

*Mich. 6.  
Ephes. 5.*

nos discubere, id est summa & ineffabili quiete refici. tanto felicius & glori-  
osius, quanto hic duriores & crebriores illius causa labores perpesti eri-  
mus. Et tantiens, id est, singulos quoque iucundissime visitans, ministrabit  
nobis seipsum totum. Ipse est enim præmium nostrum, ipse rota beatitudinis  
tudo nostra. Quæ vero mens capere, nedium lingua explicare sufficiat, quid quidaam  
felicitatis, quid gloriae, quid gaudij, contineat quod dicitur. Ministrabit  
illius Beati quibus tu ministrabis Domine Iesu. O homo Christiane virili-  
terage, & confortetur cor tuum, & noli desiccare in laboribus & doloribus  
vita huius momentaneæ: sustine Dominum Iesum: quia ecce veniet, & mi-  
nistrabit seipsum tibi, ut sis totus plenus Deo, id est, omni bono. Vx misera-  
ris, quæstalia promissa non alliciunt ad recteagendum.

Et si venerit in secunda vigilia, & si in tertia vigilia ve-  
nerit, & ita inuenierit, beati sunt serui illi.

Ne quis desperare possit, eo quod æratem in vitijs detruerit, diuina misericordia omnibus spem præbet venia, si tantum velint respiscere. Pec-  
casti in pueritia: malum quidem id est, quia sacramentum militia tuae vi-  
olasti, & fidem Domino tuo præstitam non seruasti, atque adeo vero Do-  
mino tuo contempto, ad castra vilissimi & crudelissimi hostis illius diabo-  
li transfugisti. Sed noli desperare. Rex tuus paratus est in gratiam te reci-  
pere, si vel in adolescentia, tanquam secunda vigilia probet te gesseris. Quod  
si iam multos habes ætatis annos, eosq; male exegisti, maior est illa iniuria Psalm. 94.  
regis tui tot annis militasse inimico suo: verum adhuc reuertere, & prior-  
rem infidelitatem maiori studio ac fide compensa, & haudquam abieciet  
te Dominus tuus. Noli tertiam senescientis ætatis vigiliam negligere: te ipsum  
penitentia lamentis afficit placidam lachrymis iram Imperatoris tui, præue-  
ni faciem eius in confessione, illius benignitatem profunda humilitate &  
continuis obsecrationibus tibi concilia: & quanto fuisti scelerior, tanto  
si deinceps ad omnem regis tui exequendam voluntatem studiosior. Crede  
mihi, si sic egeris, breui inter amicos suos te annumerabit, omnium iniuriarum  
prosuls oblitus. Videmus hic immensem Dei bonitatem, hominum improbos mores & duras iniurias tam benignè tolerantem, tam  
paratam remittere. Sed nemo illius clementia abutatur. Misericordissimus  
est: at si te non emendaueris, justissimum experieris.

Hoc autem scitote, quia si sciret paterfamilias, qua hora  
fur veniret, vigilaret utique & non sineret perfodi domum  
suam. Et vos estote parati, quia qua hora non putatis, Fili-  
us hominis veniet.

Aptissima similitudine prouocat nos ad præueniendam incertam  
mortis horam, ne nobis improvisis superueniant, quemadmodum fur so-  
let, tum maximè domibus suffodiendis incubere: quando nihil minus ti- Horam mor-  
tis cur Do-  
metur. Quod si tempore vigilat paterfamilias, non potest aliquod furis dæ-  
num metueri. Ita & nos si semper præparati simus ad mortem, nihil est quod  
ex ipsa nobis formideremus. Sed quare voluit Dominus nescire nos illam  
tanquam metuendam horam? Vt semper solliciti simus, nec vñquā vana fecu- minus nobis  
voluerit fore  
incognitam.

ritate dissoluamur. Ergo dilectissimi semper nobis ob oculos veretur illa certo certius venturæ mortis hora, atque eius contemplacione vilescat nobis mundus cum omnibus nugis suis, virtus & pro Deo suscepiti labores dulcescant. Ecce adest præ foribus iudex, iam sententia data est ut emigremus. Cur ergo vanis nos damus gaudijs? cur animum præsentibus rebus implicamus? Moriamur dum adhuc viuere licet, ut mors ipsa irruens, non terrori nobis sit, sed gaudio & desiderio. Moriamur quotidie huic mundo, moriamur virtujs & concupiscentijs nostris, & nulla erit nobis ex corporis morte formidanda iactura. Qui vero nolunt sibi consulere dum licet, sed tamen uunt, tanquam mors nulla sequatur, illis Filius hominis terribilis adueniet dum minimè putabunt, & raptis ad tribunal suum summa cum severitate exprobrabit, dicens: Stulti & miseri, quare non audistis benignissimam admotionem meam, ne tam imparati veniretis ad conspectum meum? Vbi iam sunt volupates, quibus me contempto, totos vos dedidisti? Ita nunc maledicti in ignem æternum, & qui nolueritis virtujs emori, nūc sine finemoriamini in stagno pice & sulphure semper arsuro.

## SERMO IN EODEM FESTO.

*De charitate & iustitia duplice: omnium operum nostrorum quæ scopus fore debeat, & de sanctorum exemplis imitandis*

**P**lacuit Deo, & innuentus est iustus. Ecclesiastici XLIII. Charissimi fratres Euangelica historia, omnis sacra scriptura, imo veritas ipsa Dominus noster IESVS CHRISTVS docet nos omnem perfectionem nostram confidere in charitate, quæ omnium obseruantiam mandatorum in se includit, omnem virtutem in se continet. Hæc autem charitas, etiæ una virtus sit & unum donum, est tamen gemina, quia per duo precepta mandatur, & duo (ut ita dicam) habet obiecta, scilicet Deum, & proximum. Quisquis igitur diligit Deum, non luxuriatur non maledictus, non est ebriosus, non est commissor vel compotator: sed est castus, verax, sobrius. Quare Quia quicquid præcipit, aut vult ille quem diligit, libenter quoq; facit ille qui diligit: & quicquid prohibet dilectus, ab eo abstinet qui diligit: quia non vult offendere illum, quem diligit, sed cōtendit illi placere: quia si non curat offendere, iam utique non diligit. Similiter est de proximi dilectione. Huius porro charitatis, quantum ad eius utramque partem, perfectio in præallegatis verbis clarius exprimitur, quando sanctus iste pater Benedictus, cuius festum diem hodie celebrem ducimus commendatur ab eo quod placuit Deo, & quod inuentus est iustus. In eo enim quod dicitur placuisse Deo, designatur perfecta charitas ad Deum, quæ est, ut faciamus voluntatem Dei. Hanc autem facit ille, qui diligit Deum: & qui diligit & facit beneplacitum Dei, placet utique Deo. Ille vero Deo non placet, qui voluntatem eius non facit. Vnde Dominus IESVS quosdam in Euangeliō reprehendens: *Quid me, inquit, vocatis Domine, Domine, & non facitis quæ duo?* Ergo placuit Deo, hoc est, dilexit Deum, fecit quæ Deo sunt placita: & invenimus est iustus (intelligendum est utique ad proximum) quia non possumus esse iusti ad Deum, ut reddamus Deo quod suum est (nam hæc est iustitia & describi-

Charitas cu  
voa si vir  
cur duplex  
dicatur.

Math. 7.  
Lucas 7.

describitur, quod reddit vnicuique quod suum est) quicquid facimus, adhuc iniuriles coram Deo & debitores manemus. Quid enim possumus facere, in quo possumus satisfacere tantæ eius nobis charitati prærogatæ, tantæ liberalitatæ exhibitæ, tantis beneficijs acceptis, tatis promissionibus consequendis, cum nihil sine ipso possumus facere? In ipso enim ruitus in uenit & summa inquit Apostolus: *Quid retribuam Domino inquit Psalmista, pro omnibus quæ retribuerit mihi.* Nunquā possum satisfacere pro culpis & peccatis iam absolvedis, quando satisfaciā pro beneficijs acceptis, quando merebor & dignū me faciā pro accipiendo? Ergo nō possumus iusti esse corā Deo, id est, retribuere & reddere ei, sicut debemus. Sed ipse quia videt impossibilitatem nostrā, de parvo cōtentus est. Sufficit namq; ei ut faciamus quod possumus, & quæ ipse vult. Ergo cum fecerimus quod possimus, & desideramus adhuc multa, & omnia quæ debemus facere, perficere, ipse nihil requirit ultra posse nostrū: sed iustificabit nos, & dabit omnia gratis, ita ut in hoc quo placemus ei de eius dono sit. Quapropter per hoc quod dicitur: inuentus est iustus, intelligitur ad proximum: quia proximo fecit, & ad eum se habuit, sicut debuit, & iustum fuit. Et per hoc designatur charitas quam habuit ad proximum. Et videte quām discretè sacra scriptura loquitur, & modū huius præcepti indicat, quem debeamus seruare. Instruimur namque ex cōmendatione huius S. Patris Benedicti, quomodo debeamus placere Deo, & iusti esse erga proximum. Iam dixi, quod non possumus iusti esse erga Deum, ut reddamus omnia quæ debemus ei, & retribuamus pro his quæ accepimus, sed ut placeamus. Non possumus autē ei placere, nisi fuerimus boni & virtuosū: & ideo secure torū studiū nostrū ad hoc conuertere debemus, ut ei placeamus, modo possumus. Hoc porro studiū est charitas & ex charitate. Non tamen sic monemur ut placeamus proximo: quia hoc non requiritur ad dilectionem proximi, ut placere proximo semper: quia si deberemus ei semper placere, oportet ut voluntati eius conformaremus nos. Nunc autem, quia proximi nostri voluntas non est semper sincera & bona, ut illi cōsentiamus & obediamus: & ideo possumus boni esse, proximū diligere, & tamen nō placere ei. Exempli gratia: Quia ipse malus est, non amans bonū, cupiens quod non est secundum Deum, si vellemus ei in hoc placere, ut assentiremus ei, iam non essemus boni, neque ipsum, neq; Deū diligentes. Quod si voluntati eius prautē resistimus, eumq; corripimus, reuera diligimus eum, licet ei non placeamus. Vnde latrones fibimeti pīs cōplacent, suntq; sēpē numero eiusdē voluntatis & voti, & tamen non diligunt, scilicet ea dilectione, quā Dñs præcipit: quia quando Dominus mandauit dilectionē proximi, dedit etiā formā dilectionis, dicens: *Hoc est præceptū meum, ut diligatis inuicem, sicut dilexi vos.* Ita non diligunt se homines mali, latrones, incerti, & potatores, sicut Christus: quia non in bono, non in Deo, non ad beatitudinē æternā, sed in diabolo & ad æternam damnationem se diligit. Ergo non iubemur semper & omni proximo place- Malū quomo- re, sed iusti esse erga proximū, id est, ut faciamus ei sicut faciendum est, & sic do se diligāt. ut vellemus nobis fieri, procuremus ei salutem & bona anima (etiamq; ipse proximo talia non requirat) & negemus ei saluti eius contraria, etiam si ipse concupi- quām de- fecat. Pertinet tamen etiam ad iustitiam, ut in his quæ licita sunt, quæ Deum non offendunt, & nostram salutem non impediunt, nec proximū, placeamus

proximo, faciamus eius voluntatem, quæramus eius pacem & consolacionem. Hæc ergo dixi, quo ostenderem, quam conuenienter describatur alio eti⁹ Dei per hoc, quod placemus: quia quanto plus diligimus, tanto plus placemus, & econtra. Dilectio vero proximi describitur per hoc quod est iustum. Dixi ergo charissimi fratres, quomodo S. Pater Benedictus comedetur in prædictis verbis (scilicet, placuit Deo, & inuentus est iustus) per iteratione charitatis, qua est perfecta & consummatio omniū virtutū. Placuerunt Deo, nec potuisse ei placere, nisi omnia fecisset, quæ illi sunt benedicta. Fuit namq[ue] iustus ad proximū, nec fuisset, nisi omnia fecisset proximo, quæ debuit facere, & quæ sibi ipsi vellent fieri. Verum, ut hæc quæ dicimus liquidius capiantur, paulo altius reperenda, fuissemq[ue] explicanda sunt. Et primo quidem ut ab hoc S. Patre Benedicto sumamus exemplum, qui vii iam restatum est, placuit Deo, & inuentus est iustus: ita nos quoq[ue] omnia quæ facimus vel cauemus, finem ponamus, scilicet ad beneplacendum Deo: Videlicet in quouis opere si quis interrogaret nos, quare faciamus, responder possimus veraciter, ut placeam Deo. Qui sic facit, omnia scilicet dirigendo

in Deum & faciendo ad beneplacendum Deo, semper in omnibus merentur, etiam his quæ alias non essent meritoria. Et hoc est principale quod Deus quam sit Deo insipicit & ei gratum est, scilicet desiderium ei placendi, & studium in alio

accipit. Psalm. 13.

Referenda quoniam sunt omnia in Deum, illi gratificandi: qui tamen operibus nostris non æget, nec ipse nos inspic, nisi propter hancbonam voluntatem: quia sic facere, est charitatem habere & ex charitate operari. Et si proximus finis & immediatus non sit in Deum, si tamē sit ordinatus in Deum per media aliqua, ita quod ultimus finis est in Deum directè, omnes medijs fines reputantur in Deum, & omnia intermedia opera facta sunt meritoria, sibi inuicem subordinata. Sumamus huius rei exemplum, quo clarius quod intendimus, explicemus: Est aliquis finis immediatus in quem referuntur proxime intentio operatis sine medio & ille quandoq[ue] simul ultimus, quia non refertur ulterius, sed ibi quiescit. Aliquando refertur in aliud, & ille aliud in aliud, donec venitur ad unum, ubi est status, & ille est ultimus. Quādo ergo ille ultimus est Deus sive sit mediatus, i. per alios quos medios fines intentus, sive immediatus sit opus sump[er] meritoriu. Verbi gratia: Aliquis intravit hic ad concionem, immediatus dirigendo intentionem ad hunc finem scilicet, quod velit placere Deo, ita quod si etiam nihil proficeret in concione, tamen propter Deum vult audire verbū Dei. Ille finis est immediatus, estq[ue] ultimus, quia non est referibilis in aliud: ideo fecit meritorium, & opus eius est honorum. Alius intravit huc, vt audiat concionem propter obedientiam, quandoquidem sic vult prælati autoritas. Ille est immediatus finis, & primo intentus, sed non est ultimus: quia potest adhuc interrogari, quare seruat obedientiam istam, vel quare vult esse obediens. Si dicit propter Deum ille finis est ultimus in Deum: & propter hunc etiam primus est in Deum, licet non immediatus, sed mediante se: ergo est bonus & meritorius. Sed si diceret, Ego volo esse obediens, ne penam incurram. Ecce iam non ordinatur in Deum, sed ad vitandam penam: & sic etiam illius finis non ordinatur in Deum, qui fuit, audire concionem propter obedientiam: & ideo nullus horum meritorius est. Aliud adsumamus exemplum: Aliquis vadit ad forum. Quare? Ad emendum scilicet calceos. Quare enim calceos?

Finis omnis nostri operis ille est ultimus. Quādo ergo ille ultimus est Deus sive sit mediatus, i. per alios quos medios fines intentus, sive immediatus sit opus sump[er] meritoriu. Verbi gratia: Aliquis intravit hic ad concionem, immediatus dirigendo intentionem ad hunc finem scilicet, quod velit placere Deo, ita quod si etiam nihil proficeret in concione, tamen propter Deum vult audire verbū Dei. Ille finis est immediatus, estq[ue] ultimus, quia non est referibilis in aliud: ideo fecit meritorium, & opus eius est honorum. Alius intravit huc, vt audiat concionem propter obedientiam, quandoquidem sic vult prælati autoritas. Ille est immediatus finis, & primo intentus, sed non est ultimus: quia potest adhuc interrogari, quare seruat obedientiam istam, vel quare vult esse obediens. Si dicit propter Deum ille finis est ultimus in Deum: & propter hunc etiam primus est in Deum, licet non immediatus, sed mediante se: ergo est bonus & meritorius. Sed si diceret, Ego volo esse obediens, ne penam incurram. Ecce iam non ordinatur in Deum, sed ad vitandam penam: & sic etiam illius finis non ordinatur in Deum, qui fuit, audire concionem propter obedientiam: & ideo nullus horum meritorius est. Aliud adsumamus exemplum: Aliquis vadit ad forum. Quare? Ad emendum scilicet calceos. Quare enim calceos?

calcos? Ad eūdum ad S. Iacobum. Quare ad S. Iacobum? Pro peccatis suis, & ad reconciliandum se Deo. Hic est illius ultimus finis estque bonus, & ideo meritorius: & propter hunc finem omnes alij priores sunt Deo accepti, meritoque digni. Exemplum item aliud proponamus: Aliquis seruit Domino alicui. Quare? Ad emerendum stipendiū. Quare? Ut det elemosynam pauperi mulieri. Quare? Ad alliciendum eam ad amorem & inde ad peccatum. Ecce ultimus finis est malus & cum peccato: & propter hunc etiam omnes alij mali sunt. Qui si fuisset bonus, alij priores etiam fuissent boni. Ecce charissimi fratres quantum iuvat ordinare ad bonum finem, per intentionem, opus suum. Cōtingit subinde tres facere unum idemq; opus pari labore: unus ordinat finem suum ad placendum Deo & meretur vitam æter. Opera quānam: alius ad placendum hominibus, vel alium illicitum finem, & meretur nullo pacto eternam damnationem: tertius ad nullum finem ordinat, sed facit quasi impunit vel rationalis bestia, quæ vadit ad stabulum, ad præsepe, ad aquam, ad pascua, ei intentione, ad domum, ex quadam assuefactione. Sunt quædam opera, quæ nullo modo, nulloque tempore possunt bona intentione fieri, vel ad bonum finem dirigi, vi fiant bona, vt sunt ea quæ ex suo genere sunt mala, & à Deo prohibita, vi sunt sacrificare idolo, incantationes facere, consilium querere vel auxilium à diabolo vel à diuinatoribus, mentiri, fornicari, id est, extra cōinguum copulari, &c. ista semper sunt mala, & nunquam possunt Deo placere, qualicunq; fine fiant, etiam si sequeretur effectus bonus inde, vt libera-  
tio aliciuius à morte, &c. vi si coniugata sciret maritum suum interficiēdum, Mala quæda  
ex dilectione ad maritum vellet adulterium committere cum iudice, vt cur non pu-  
libet virum à morte. Quod non licet vtiq; Mala tamen quandoque su-  
fflentur, vel non puniuntur propter effectus bonos, vel ad vitanda maio- Bona quæda  
ra mala. Aliqua item sunt bona ex suo genere, & fieri possunt bona intentione, vel ad bonum finem, & manere bona vel fieri meliora: quæ nihil se-  
cū possunt fieri ad malum finem, & fieri mala ex ordinatione peruersæ in-  
tentionis, sicut iam dixi. Eleemosynam namque dare, vel celebrare ex suo  
genere est bonum. Sed eleemosynam dare ad prouocandum mulierem in Opus ali-  
peccati consensum, vel celebrare principaliter propter pecuniam, est ma- quod quæda  
lum, licet Missa in se tamen maneāt bona. Facilius est opus facere malum, gratum illud  
quād bonum: quia si debet esse bonum, oportet finem & omnes circun- possunt fieri  
stantias esse bona. Si una earum fuerit mala totum illud opus amittit bo- mala intentione.  
nitatem & destruitur, quia ad faciendum malum opus, sufficit vel unam  
conditionem apponere malam. Ex una nāque conditione bona non fit bonū Operū quæda  
opus, sed oportet quod omnia sint bona, quæ conueniunt ad tale opus. Sunt indifferētia  
iherū aliqua opera qua ex suo genere nec bona nec mala sunt, sed indifferētia  
ad virtutēs sunt secundum intentionē, sicut bibere, comedere, dormire, la- fin ad bonū  
borare: & alia multa, quæ ex se nec bona, nec mala sunt, sed iudicanda sunt,  
secundūm quod per intentionem ordinantur. Si namq; comedimus prop- & malum.  
ter obedientiā, meritoriū est: si propter suscitationē virtutēs, vt sumus validi  
ad seruendū Deo, meritoriū est. Si comedimus (intellige tempore lictō & ferens qui  
non ultra mensuram) ad cauendam singularitatem, & ne granemus aspectū Deo acceptū  
aliorū abstinentia singulari, scilicet propter pacē aliorū, vt cōcordemus nos sit,  
comunitati, meritoriū est: si propter delectationē tātum cibi, iā est peccatū:

kk 2 quia



**Delectatio** quia licet non possumus quin comedendo sentiamus delectationem, vel na-  
qua sentiuntur, turaliter placat tanquam naturæ conueniens (hoc enim sentire in se non  
comedendo, est peccatum) sed comedere propter delectationem, vt delectatio sic finis, qd  
& quando sit bona vel querimus in cibo, hoc est peccatum. Abstinere autem à tali delectatione, &  
mala. similibus, non statim & de se est meritorium, nisi fiat ad minus ultimum si-  
**Abstinere à** ne, vt placeat per hoc Deo: quia potest fieri immediate, vt caro humilium  
delectabilis, & castigetur, ne insurgat & præualeat contra spiritum: vel ad faciendam po-  
quando nentiam quando licita subtrahimus nobis, quia multa commisimus illi-  
**fiat merito-** cira contra Deum: si tamen ultime referatur ad Deum, est utiq; meritorium.  
**rum.**

**Abstinentia** Legitur de quibusdam philosophis gentilium qui temperatissime vixerunt  
quorundam in cibo & potu, terrena omnia contempserunt & abiecerunt, ex quibus fuit  
philosophorum quais Crates, qui diuitias iactauit in mare, dicens: Ite pessimæ diuitiaz, ego me-  
fuerit. gam vos in profundum, ne mergeretis vobis, &c. & tamen nihil profuit ei  
Crasis phi- ad salutem. Quare nihil profuit? Quia non ordinauerunt ad debitum finem,  
lophi op- vt per hoc placebant Deo, sed ne grauarentur curis pro diuitiis, ne superflua-  
contemptus tate cibi vel portus intellectus eorum obfuscaretur, vel impeditur a philo-  
quarus. sophando & querendo sapientiam. Ipsi etiam studebant mortificationem pa-  
Philosophorum passionum & virtutibus maximè: quidam eorum ad habendam quietem cor-  
studia dis, & virtutem diligebant propter seipsum tanquam aliquid pulchrum,  
pro virtuti- vterius non referendo: ideo etiam non peruererunt ad veras virtutes. In  
bus quo spe- scholis disputabant & persuadebant unum esse Deum, & in templo adorabat  
etuerint. idola. Hæc paulo fuisse tractata sunt, propter ea verba qua dicta sunt de hoc  
Iustitia que- ce S. patre Benedicto, quod scilicet placuit Deo. Secundo loco admonendi  
bitur. sumus, alteram charitatis partem seruare, vt simus iusti in proximum. Ia-  
Proximus. stitia, sicut ante dixi, virtus est, quæ reddit unicuique quod suum est. In tri-  
noster vir sit plexi. plici autem differentia est proximus noster. Aut enim est nobis superior,  
triplex. vel æqualis, vel inferior. Cuilibet eorum aliquid debemus: quod si reddi-  
Bernardus. mus, tunc iusti censemur, & charitatis legem adimplebimus. Hæc autem  
conciinne & pulchre describit S. pater Bernardus in sermone tertio de Ador-  
tu Domini, dicens: Tribue tribus quæ sua sunt. Redde superiori, redde infe-  
riori, redde æquali, cuiq; quod debes. Redde inquam, reverentiam prælati  
& obedientiam, quarum altera cordis, altera corporis est. Nec enim sufficit  
exterioris obtemperare majoribus nostris, nisi ex intimo cordis affectu sub-  
limiter sentiamus de eis. Quod esti tam manifeste innotuerit indigna præ-  
lati alicuius vita, vt nihil omnino dissimulationis, nihil excusationis ad-  
mittat: propter cum tamen, à quo est omnis potestas, ipsum quem modo ta-  
lem nouimus, excelsum reputare debemus, non præsentibus personæ meti-  
tis, sed ordinationi diuinæ & dignitati ipsius officij deferentes. Sic & fratres  
Prælati nostris, inter quos vivimus, ipso iure fraternitatis & societatis humani  
consilium sumus & auxiliij debitores. Hæc enim volumus vt & ipsi nobis im-  
pendant. Consilium, quo erudiatur ignorantia nostra: auxilium, quo re-  
verentia infirmitas nostra. Porro, si cui forte prælatus es, huic sine dubio to-  
tius debitor sollicitudinis amplioris. Exigit à te, & ipse custodiam, & dis-  
ciplinam. Custodiam quidem, vt possit causa re peccatum: disciplinam ve-  
Corporis pro- rò, vt quod minus cauit, minime maneat impunitum. Quod esti nemini fra-  
prio quænam trum præesse videris, habes tamen sub te cui custodiam hanc & disciplinam  
oporet.

**Prælati no-**  
stris quænam  
debemus.  
**Prælatorum**  
indigoitas  
quanta sit pa-  
tientia.  
**Rom. 13.**  
**Quibuscum**  
vivi nus quæ-  
nam debemus.

**Prælati quæna-**  
tius debitor  
debeat.

**Corporis pro-**  
prio quænam

oportet exhiberi. Dico autem corpus tuum quod sine dubio regendum ac- quisque de-  
cepit spiritus tuus. Debes ei custodiā, ut non regnet in eo peccatum, nec beat. membra tua arma siant iniquitati. Debes ei & disciplinam, ut dignos faciat Roman. 6.  
fructus penitentiae, castigatum & subditum seruituti. Ecce charissimi, ut Luca 3.

S.Bernardus pulchre iam descriptis, debemus superioribus reuerentiam &  
obedientiam, aequalibus consilium & auxilium, inferioribus vel corpori  
noſtro (quod est in ferius ſpiritu) custodiā & disciplinam. Verum, non  
poſſumus ſingula ſuſius declarare, propter breuitatem ſeruandam: ſed acci-  
piamus vnum quod ad festiuitatem praesentem magis conuenit, ſcilicet  
quod proximis debemus consilium & auxilium. Cogitate fratres, ſi quis  
inter nos in aduersitate, anxietate & perplexitate dubius eſſet, neſciens  
quomodo poſſet reueari, quantum putatis deſideraret conſilium ſanum? Et  
cum illud agnouerit, quantum deſideraret auxilium, quam libenter vellet  
omnium corda ſibi inclinata & compatiencia fore, & auxilium ſibi impen-  
di? Qualem ergo eiusmodi homo animum alterius erga ſe vult haberi, ta-  
lem habeat & ipſe erga proximum, ita ut ſemper cum pauperem, tribula-  
tum & infirmum inſpexerit, interroget ſeipſum: Si tu eſſes in tali neceſſitate  
vel tentatione, quid cupeſes? Responderet illi cor ſuum: Ego vellem conſola-  
ri, mihi conſuli, iuuari. Hoc ergo faciat etiam alteri. Quum autem tu talis  
fueris, inſpirabit Deus etiam alteri, qui pro te ſolicitus ſit, ſicut tu pro alio.  
Verum, haec que dicimus melius exemplis ſanctorum, quam verbiſ per-  
ſuadebimus. Validiora, inquit, ille ſanctissimus doctoř & Pontiſex Gre-  
gorius ſunt exempla, quam verba. Hic idem in libro II. Dialogorum refert

Gregorius.  
inter cetera vite geſta huius ſanctissimi patris Benedicti (cuius festiuitate  
haec diſſeſſio ſolennis eſt) quod is ex nobilibus parentibus progenitus fuerit ſe-  
condum ſeculum. Qui poſtequam vñcinqüe in liberalibus, ut vocant, stu-  
dijſ institutus eſſet, non ſolum ſtudia ipſa, ſed & parentes, notos, ſubſtantia-  
lē que dereliqueran puerili penē aetate adhuc conſtitutus, locumque aptum

ad ſeruendam conditoris liberius, ſibi delegit. Quem non modo ob ſingu-  
larem mentis puritatem, humilitatem, caſtitatem, ſobrietatem aliasque  
virtutes eius, ſed & propter prophetarum gratiam, miramque erga ſuos inimici-  
cos mansuetudinem & charitatem, minimè dubitarit idem ſolennis & for-

Benedictus  
cur Moſi &  
Heliꝝ e qua-  
dum dialogorum libro, Moſi & Heliꝝ aequiparare. Nec diſſimilia ſcribunt  
Seuerus Sulpičius & Gallus de S. Turonenſium Epifcopo Martino: qui vti-  
que piſſimus & misericordiſſimus pater pauperum, adiutor & conſolator  
omnium tribulatōrum fuit. Qui etiam omnia que habuit ex p̄teratis affe-  
ctu in pauperes erogauit, adeo ut ante epifcopatum & in epifcopatu etiam  
veſtimenta ſibi neceſſaria à corpore ſubtraheret, & egenis daret. Paulinus  
quoque S. epifcopus Nolanae ciuitatis, poſquam omnia ſua in egenos & ca-  
pituſ contulifer, ut teſtis eſt D. Gregorius in libro II. dialogorum, cap. I. ſtas.  
tandem ſeipſum ad redimendum capiuum viuæ ſilium vendi fecit, & ma-  
gno cuidam principi, ut puta regis Vuandalorum genere, in viliffimo ope-  
re, ſcilicet hori cultura fideliter diu ſeruuit, ſpiritu prophetarum miraculo-  
rumq; gloria illuſtris. Sanctus quoq; Mamertinus ſpoliatuſ pallio à latroni-  
bus, reuocauit eos, dicens ſe adhuc habere denarium ynum, quem rogauit ut  
Mamertinus  
sanctus con-  
tempor re-

rum pereun- tollerent, si forte in itinere illis posset necessarium fore. Traditum quoque  
tium quatuor memoria posteriorum est de S. Elizabeth regis Hungarie filia nobilissima  
fuerit.  
Elizabeth re- Langrauij Turingiae coniuge, quae tantæ fuisse legitur pietatis & liberalita-  
gina charitas tis in pauperes & desperatos homines, ut matrem eam pauperum omnes  
orga paupe- prædicarent. Quæ non modo pauperes & inopes liberalissime alebar, sed &  
res. nudos vestiebat, mortuos sepeliebat, infirmos visitabat, ceteraque Christiana  
pietatis opera in pauperes & miseros desolatos strenue exercebat, ipsiusque  
fuit fideliter, ita & humiliter inserviebat.

Hadeuigis  
regina humili-  
tas quarta.

Pietatis ope-  
ra qui exer-  
cenda.

Eleemosyna  
quando sit  
merito dig-  
na.

Pauper quo-  
modo ele-  
mosynam tri-  
but.

Quæ omnia in ipsis quoque mater tera sancta videlicet Hadeuige regina  
regis Poloniae coniuge non modo deuotissima & liberalissima, sed & humili-  
tis excelluisse constat, adeo ut illa genibus flexis pauperibus elemosynam  
daret, corumque manus oscularetur. Verum, quoniam hæc omnia spe-  
stant, nisi ut ea nos quoque in ædificationis exemplum trahere debeamus.  
Debemus namque ex talibus viuis exemplis discere & moueri ad compas-  
sionem, pietatem, charitatem reliquaque Christianæ pietatis officia erga proxim-  
um. Quod si non habemus, quod demus de temporalibus rebus, demus  
de corpore nostro officia membrorum nostrorum, labore, solitudinem,  
seruitum, consolationem, orationem infirmis & egentibus, quibus  
quicquid fecerimus eleemosyna est. Demum offeramus voluntatem bo-  
nam maiora faciendi, si possemus. Hæc nanique voluntas bona faciendo  
peris ubique sufficit, etiam sine effectu, dum facultas deest operandi. Nam si  
adesset operandi facultas, voluntas bona sola, hoc est, absque opere, non suf-  
ficeret. Idcirco cum non potestis eleemosynam dare, habeatis compas-  
sionem & dandi voluntatem, & habebitis meritum æquale cum diuite porti-  
gente eleemosynam, si caritas par fuerit: quia meritum non facit ipsum  
munus, sed caritas, ex qua perficitur munus, & propter quam respiciens De-  
us ad munus: unde nec munus Deo placet sine charitate, id est, sine bona  
voluntate. Potest contingere non habentem dare eleemosynam plus me-  
riti eo, qui habet, & dat, si maiorem habet voluntatem dandi & compas-  
sionis affectum. Potest etiam huic egoen, vel non habenti unde tribuat, com-  
passionis affectus maior inde oriri, id est, ex sua paupertate. Nam diues  
qui tribuit, inde consolatur: quia paupertatem egeni sublevavit. Qui autem  
& ipse egenus est, videns alterius egeni inopiam compatit, nec consola-  
tur, sed crescit compassio & anxietas in corde eius: quia non habet unde  
posset inopiam alterius subuenire, inde etiam crescit meritum. Postremo,  
cogitur etiam orare impellente charitate pro egoen, quem iuuare non po-  
test ad Deum: qui potest: & hinc iterum crescit meritum ex hac occasione  
prædiuite. Demum habet & ipse suæ propriæ paupertatis meritum, in quo  
rursus excedit diutinem. Ecce charissimi fratres, non debetis iam dolere si  
actualiter vel opere non potestis exercere omnia opera misericordiz  
ab extra: quia mentaliter & voluntate omnia potestis, si mo-  
do bonam voluntatem haberitis, quam præstet no-  
bis Dominus noster Iesus Christus in se-  
cula benedictus, Amen.

IN